



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.

Bredenbach, Tilmann

Coloniae, 1584

VD16 B 7375

9. [i.e. 10.] De Leone Armenio Imperatore, quibus imposturis inductis sit,
vt oppugnaret venerandas imagines.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52445)

radere & deturbare temerario ausu præsumant. Sed quod attinet ad cœmiterium iam portis clauditur, nec cuius ingressus datur. Suntque iussi illius vineæ domini & sub certis pœnis, quod tam lapides quam inde ablata, Reuerendissimo vrbi vicario consignare debeant. Interea autem deliberatum an extruendum sit ibidem aliquod templum.

Ioannes Zonaras tom. 3. Annalium. De Leone Armenio Imperat. quibus impostura ductus sit, ut oppugnaret venerandas imagines.

CAP. X.

Vnde in eum furorem inciderit Leonis Imperator, ut sacras imagines oppugnatas exponam. Ei monacho, à quo imperatori ipsi prædictum fuerat, gratiam relaturus quendam ex intimis suis dona misit. Is non ipsum incidit, quippè iam mortuum, sed aliù inuenisset ibi habitatem, eum, ut quærens nosset, accessit. Ille verò (erat enim oppugnator imaginum, eiusque sectæ vehementissimus propugnator) neque munera accepto, eo quò afferebantur, dimisso: se à simulacrorum adoratore nihil accipere dixit. Leonis regni & vitæ iacturam breui comminatus adoratione simulacrorum (sic enim venerandas imagines appellabat) abstineret. Hæc ciata sollicitum fecerunt Leonem: remigum cum quodam ex familiaribus Theodoro liffeno communicat, qui oppugnatoribus

ginum studebat. Is eum dolo aggressus, monet ut negotium cum quodam monacho, quem eiusdem secum opinionis esse norat, communicet, & quod ille suafisset, exequeretur. Virum enim eum plenum esse gratia spiritus, ac res futuras & prouidere & prouidere. Assensu Imperatore, monachum conuenit, Imperatorem habitu priuati hominis ad eum venturum esse indicat, & qua gratia sit venturus, quæque cum eo differenda sint, instruit. Imperator noctu ad monachum abit, mutata veste, ne agnosceretur, Theodoto comitante. At monachus, ut ab illo spiritu commotum edoctus, Leonem pro Imperatore salutat: & Ne (inquit) maiestatem tuam celaris, neque imponere velis nostræ vilitati, sed scito te de religione perperam sentire, & planè simulacrorum cultorem esse, & te & omnes qui tibi parent. Quod si ex Ecclesijs simulacra sustuleris, & vita & imperium tibi diuturnum & fortunatum est futurum. Sin minus, scito te breui vtrumque amissurum, præterea supplicia æterna subiturum. His Leo auditis, miratus monachum, ob prædictionem, utique ignarus imposturæ Theodoti, verbis illius captus est, & contra sacrosanctas imagines vehementissimè sæuijt, & eas omnes edicto tolli iussit: cumque sanctissimum Patriarcham Nicephorum in suam sententiam pertracturus esset, ille verò acriter aduersaretur, & edictum illud & scriptis & oratione impietatis argueret: virum iustum

relegat, qui quidem improbos Leonis more
 præsensisse fertur, qui orthodoxis offendit
 lo futurus esset, Ecclesiæ tumultus occidit
 Nam cum eius capiti diadema imponeret,
 num suam spinis compungi putavit. Dum
 tem Præconnesium exulatum abducitur,
 gni agri magister Theophanes confessor, tra
 situ illius spiritu cognito (neque enim vidi
 bat sanctum) carereis incensis & suffitu, em
 eum excipit, & prosequitur, atque ille vic
 sim eum flexis genibus veneratur, cum ne
 videret, neq; videretur. Quod Patriarcha
 mitibus admirantibus, & cui honorem ille
 præberet percontantibus: respondit, confes
 ri Theophani magni Agri magistro: con
 sionem vaticinatus, nequid enim ea dignu
 fuerat.

*Venerabilis Bedalib. 3. cap. 2. histor. Ecclesie
 Anglicane, ut de ligno crucis quod re
 suwaldus contra Barbaros pugnaturus
 xerat, inter innumera sanitarum mira
 la, quidam adolescens sit brachij langu
 curatus.*

CAP. XI.

OSTenditur vsque hodie, & in magna
 natione habetur locus ille, vbi
 turus ad hanc pugnam Osuwaldus,
 num sanctæ crucis erexit, ac flexis gen
 Deum deprecatus est, vt in tanta rerum ne
 sitate suis cultoribus cœlesti succurreret
 xilio. Denique fertur, quia facta citato op